



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiарvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De septem donis spiritus sancti, & vtrum sint virtutes, & sint in angelis. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Exodi 26. assentit super Exodū dicens. Columnæ ante quās
Appendens appansum est velum potestates cœli sunt, quatuor
ante qua- eximiis virtutibus præclaræ, i. fortitudine, prudē-
tuor colum- tia, tēperantia, iustitia: quæ aliter in cœlis, seruan-
nas. tur ab angelis & animabus sanctis, quam hic à fi-
delibus. Et consequenter assignat Beda vsus illa-
rum virtutum secundum præsentem statum & fu-
turum, imitans Aug. in præmissis assignationib⁹.

DE SEPTEM DONIS SPIRITVS SANCTI DISTINCT. XXXIV. A

Am. in 1. lib. **N**unc de septem donis Spiritus sancti agendum
de spiritu de sancto c. 20. nā virtutes sint: Secundo, An in futuro desitura
ad princip. ad princip. sint, vel omnia, vel horum aliqua: Deinde, An in
zom. 20. Christo fuerint cuncta hæc dona. Hæc dona virtu-
tes esse, nec in futuro desitura Ambros. ostendit,
ea septem fore virtutes dicens, & in angelis abun-
dantissime esse: sic, Ciuitas Dei illa Hierusalem
cœlestis, non meatu alicuius fluuij terrestris ablui-
tur: sed ex vitæ fonte procedens Spiritus sancti,
cuius nos breui satiamur haustu, in illis cœlesti-
bus spiritibus redundantius videtur effluere, ple-
no septem virtutum spiritualium seruens meatu.

*Ibid. paulo
inferius.
Esa 11. a*

Si enim fluuius riparum crepidinibus editus su-
per fusus exundat, quanto magis Sp. S. superemi-
nens creaturam, cum nostræ mentis arcanâ tan-
quam inferiora perstringat, cœlestem illam ange-
lorum naturam effusione quadam sanctificatio-
nū vberitate lætificat? Deinde sanctificationē ex-
ponens subdit. His a. sanctificationibus significa-
tur plēiudo septem spiritualium virtutum, quos
enumerat. Esaias dicens, spiritus sapientiæ &
intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus
scientiæ & pietatis, & spiritus timoris Domini.
Vnum est ergo flumen spiritus sancti, sed multi
spiritualiū donorum meat⁹. Quamuis ergo multi
dicunt

quas
tuor
udē-
uan-
cāfi-
illa-
& fu-
nib.
CTI-
A
dum
do-
tura
Anit
rtu-
ndit;
oun-
alem
olui-
nti,
esti-
ple-
atu.
su-
mi-
can-
ge-
tio-
ex-
ica-
quos
in-
itus
ini.
ulti-
ulti-
cuni-

dicuntur spir. ut spir. sapientiae & intellectus, &c. unus tamen est Dei spiritus, suæ libertatis arbiter, omnia pro auctoritate voluntatis diuidē singulis. Hic expresse traditum est, septem dona & virtutes esse sanctificationesque fidelium mentium, & in futuro non desitura, cum sint & in angelis.

Quod in Christo fuerunt illa septem dona. B

In Christo etiam hæc eadēm fuisse Esaias ostendit dicens, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiesceret super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini.

Quod videatur obuiare præmissis. C

His autem videtur obuiare, quod Beda de timore Dñi dicit super Parabolam, scil. quod omnis timor in futuro cessabit. Ait n. sic super illum locum, Timor Dñi principium sapientiae: Duo sunt timores Dñi, seruilis, qui principium sapientiae est: & amicalis, qui perfectionem sapientiae comitatur. Seruialis principium sapientiae est, quia qui post errata ad eum locum sapere incipit, primo timore corripitur diuino, ne prou. i. puniat: sed hunc perfecta charitas foras mittit. Succedit huic timor Dñi sanctus, permanens in seculum saeculi: quæ non excludit charitas sed aug. 1. Ioan. 4. d. get, quo timet filius, ne vel in modo oculos amara. Psal. 18. tissimi patris offendat, vt ergo in futuro cessabit, charitas vero nunquam excidet. Aug. vero super illum locum Ps. Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo: timorem Dei desitum dicit sic: Timor Dñi est magnum praesidium proficietibus ad salutem, sed peruenientibus foras mittitur. Non n. 8. hunc adorandum iam amicum, cum, scil. ad id quod reprehendo. missum est, perducti fuerint. Ex his auctoritatibus significatur, quod timor non erit in futuro. Si autem timor non erit in futuro, ergo nec septem dona erunt, nec modo sunt in angelis siue in animabus sanctis.

Tt Ad

*ad Cor. 12.
Esa. II. 6*

*Beda ad il-
lud.*

Prouer. 1. a

Timor do-

mini, &

glossa ord.

Super Psal.

5 ad verbum

Intom. 8.